Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Ad Iacobum philomusum sub eum de pro fectiois Narragonice

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Te duce:multiſonus Brant/claro nomine fulget.
Edidit & longe poſteritatis opus.
Gloria magna tuis manibus debetur:& uſq;
Debet Theſpadium te celebrare chorus.
Imprimis argutis dictata recentia ſignis.
Roma pares noſtris nõ habet ipſa notas. Vale.

Ad Jacobum philomuſum ſubeũde pro fectiõis Narragonicę:e barbaria in latiale ſolũ: exhortatio Sebaſtiani Brant.

Exhortatio S.Brãt

Nuper ego ſtultos uulgari carmine ſcripſi:
Eſt ſatis hic noſter notus ubiq; labor.
Narragonum quãdo nobis fabricata carina eſt:
Theutonico qualem ſtruximus eloquio.
Quam deinde ut uolui contexere/forte latino
Scõmate pro doctis: principiumq; dedi:
Occurrere mihi tam crebra negocia paſſim:
Quę uerſu exorſum detinuere pedem.
Quo fit/ut inceprũ tam dignũ opus/ipſe reliqui:
Et fregi calamum quem ſemel appoſui.
Atq; ita deſtitui mediis palynurus/in undis
Stultiferam nauem remiuagamq; ratem.
In re pro inde tibi noſtra:pręq; omnibus uni
Tradimus omnimodas chare Iacobe uices:
Otius attollas malos:claſſemq; relaxa:
Antennaſq; ſuo flamme uentus agat.
Tuq; gubernaculo ſubeas: clauumq; retorquens
Fac fatuos quoſuis per ſua tranſtra loces:
Flecte uiam uelis:remoſq; impelle:rudentes
Excute:quo curſu concita nauis eat.

Incautos fuge ſed ſcopulos:penituſq̨ latentes.
Scyllam/atq̨ aduerſi monſtra caue tomali.
Anchora cum ſit opus prora iactetur ab alta:
Ne tibi collidant uentus & unda ratem.
Vortice precipitem/caue ſis/ne te impetus ullus
Siue procella uorax obruat. inde ua e.

In narragonicam profectionē Celeuſ/ ma Sebaſtiani Brant.

S.Brant. Hortor adeſte uiri quos nūc uocat eurꝰ: eūdū eſt
Stultorum in patriam/carbaſa plena uolant.
Tēdite narragoniam propere atq̨ ab littore funē
Rumpite:nec mora ſit:uncta carina notat.
Ilicet:obruimur:numerum ſine fine uideris
Qui comitatur.eum non capit una ratis
Nec reputare uiam/maribus dūtaxat apertam:
Quin & feminea eſt copia mixta uiris
Peruigil exegit noctes(mihi crede)perhēnes
Qui nos collegit:compoſuitq̨ rati.
Et merito quis enim noſtrum preſentia curat:
Preteritis ue dolet:ſiue futura cauet:
Cōtemplator age hoc ſpeculum: quicūq̨ cupiſcis
Scire hominnm uitas:interituſq̨ graues.
Nam quī ſe/uitamq̨ ſuam ſpeculatur in iſto
Codice:non dicet ſe facile eſſe bonum.
Qđ ſi quis/ſapiens ſibi/ſe nuſq̄ putet eſſe
Nos inter:cunctis ſe ſciat eſſe locis.
Ipſe ego cunq̨ locum uolui michi querere forſan:
Inueni in quouis me fore ſepe loco
Vera loqui deceat:rumpantur ut ilia ſtultis:
Illorum nec me iurgia uana mouent.